



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Monasteria Monialium Congregationis Victorinae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

*Carnes in refectorio non manducant. Certis temporibus & horis constitutis infra terminos suos manibus suis corporaliter laborant. Circa primam vel secundam noctis horam ad matutinas surgentes, in hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus Domino suaviter & deuotè iubilando, residuum noctis plerumq; expendunt. Aestatis autem tempore à vespera vsque ad auroram nocturnum frequenter protrahunt officium. Semel autem in anno omnes huius ordinis Abbates Parisijs apud S. Victoris Ecclesiam generale capitulum celebraturi, congregantur. Post diuinæ prædicationis epulas delicatas & suaves, de his quæ ad religionem & ordinis instituta pertinent, vnanimiter pertractantes. Hactenus Vitriacus.*

Cæterùm vt Aroasiensis, sic & Congregatio S. Victoris delijit, nec annum amplius capitulum à Victorinæ olim Congregationis Abbatibus celebratur.

Inter Victorinæ Congregationis Abbatis olim fuit, Abbatia S. Mariæ de Victoria, cuius foundationem vide infra cap. 40.

Item Abbatia S. Martini Gemellorum, de qua vide infra 43.

#### MONASTERIA MONIALIUM

##### *Congregationis Victorinæ.*

Gronenbrielenfis Abbatia, in vrbe Gandensi, in Flandria.

Trudonensis Abbatia in vrbe Brugensi:  
de qua

de qua vide suprà caput trigefimum tertium.

VVasmunstriensis in agro VVasiensi, apud Teneramundam Flandriæ opidum.

Abbatia Pontis Roradi, vulgò Roefbrugge, in Flandria.

Abbatia noui monasterij in opido Bergenfi S. VVinoci in Flandria.

Vallis S. Margaretæ vulgò Nonnarum monasterium in vrbe Antvverpiensi.

## CAPVT XIII.

CAPITVLVM, SEV CONGREGATIO  
VVindesemensis, Canoniorum regularium,  
in Germania inferiore & superiore.

**V**VINDESEMENSE Monasterium, Canoniorum regularium ordinis S. Augustini, tertio miliari à Dauentria, Germaniæ inferioris vrbe, ad Ifalam flu. sita, anno 1387. Christi 1387. fundatum est. Ab hoc monasterio nomen induit, legesque accipere solet Capitulum seu congregatio VVindesemensis, quæ centum viginti ferè per Germaniam inferiorem ac superiorem monasteria olim cõplectebatur, hodieque non mediocriter floret. Debet autem ista congregatio originem ac progressum suum *Gerardo Magno, & Fratrum*, seu vitæ communis clericorum familiæ ab ipso institutæ, vt Thomas Kempensis, qui